

Set poemes llatins i un de grec a la *Corona poètica* a Nostra Senyora Santa Maria de Ripoll (1895)

Jaume Medina

Universitat Autònoma de Barcelona

Departament de Ciències de l'Antiguitat i de l'Edat Mitjana
08193 Bellaterra (Barcelona). Spain

Data de recepció: 19/12/1997

Com és sabut, entre els dies 1 i 3 de juliol de 1893 es van celebrar les festes de la consagració i la inauguració del monestir de Ripoll, un cop acabada la seva restauració¹. El digne colofó de les festes consistí en l'ofеримент d'una *Corona poètica* a Nostra Senyora Santa Maria. Aquest oferiment tingué lloc al cap de dos anys, és a dir, la tarda del dia 15 de setembre de 1895², en què es van llegir els poemes que formaven l'esmentada *Corona poètica*.

Tots els detalls que fan referència al procés de confecció de la *Corona* han estat ben descrits per Josep Junyent i Jordi Figuerola en les seves respectives publicacions, indicades a les notes 1 i 2 del paràgraf anterior. Això ens estalvia de traçar-ne novament el procés, que, en síntesi, va ser el següent: el 23 de juny de 1893, el bisbe de Vic, Josep Morgades i Gili, signava un *Convit* adreçat als poetes encoratjant-los a prendre part en aquesta ofrena; altrement, el papa Lleó XIII donaria la benedicció apostòlica als autors que hi participessin. Així mateix, les obres presentades van ser tingudes en consideració per un jurat que formaven Jacint Verdaguer, Marian Aguiló, Joaquim Rubió i Ors i Josep Balari i Jovany, i que era presidit pel bisbe. Finalment, el 23 de juny de 1894 era publicada la llista definitiva de les composicions que, un cop feta la tria, havien de formar la *Corona poètica*. El recull constava de set poemes en llatí, un en grec, trenta-quatre en català, sis en castellà, un en basc, dos en francès, cinc en provençal, sis en italià i un en alemany.

Les composicions es van recollir en un llibre que aparegué pel setembre de 1895 (editat a l'estampa per R. Anglada, de Vic, amb un total de 243 pàgines), el qual anava prologat pel bisbe Morgades i duia després uns mots de Lleó XIII, signats al Vaticà el dia 10 d'abril de 1886, que deien: *Habebitis in monumentum templum hoc Sanctae Mariae de Ripoll dicatum et in eo celebrabitis dies solemnes cultu*

1. Vegeu Josep JUNYENT i RAFART, Jaume Collell i Bancells: *les campanyes patriòtico-religioses (1878-1888)*, AUSA XIII/122-123 (1989), p. 257-408, sobretot les p. 367-373 pel que fa a la celebració de la restauració i les p. 373-375 pel que fa a la *Corona poètica*. També: Jordi FIGUEROLA i GARRETA, *El bisbe Morgades i la formació de l'Església catalana contemporània*. Barcelona, Publicacions de l'Abadia de Montserrat 1994, sobretot les p. 454-458 pel que fa a la festa de la inauguració i les p. 458-463 pel que fa a la *Corona poètica*.
2. Vegeu Jordi FIGUEROLA, op. cit., p. 460-461.

sempiterno. Seguien, encara, uns mots del cardenal Rampolla, amb lloc i data de Roma, 24 de febrer de 1894. I a continuació venien ja els poemes.

En aquesta ocasió, ens ha semblat interessant de recuperar els poemes escrits en llatí i en grec, per tal com són una bona mostra de la vitalitat de què gaudia el conreu de la poesia en les llengües clàssiques a la darreria del segle XIX.

Els originals manuscrits (dels quals hem fet la transcripció que donem tot seguit), juntament amb la correspondència que originà la iniciativa, són conservats a l'Arxiu Episcopal de Vic, al lligall 1015-A. Així mateix, una part de les galeries es troben al lligall 1015-B.

Les composicions llatines eren les següents:

1. *IN BEATAM VIRGINEM A RIVA POLLI.*

Tellus rivis roscida, gramine opima virente,
Munus sum Hesperiae Virginis et Dominae.

LAURENTIUS Me. CARD. PARROCHI.

2. *IN HONOREM D.N. MARIAE LABIS NESCIAE QUAE AD VICUM
POLLENSEM IN HISPANIIS SUMMA RELIGIONE COLITUR. ELEGIA.*

Omnia festa decent: solemnies ducere pompas
Hispani certent, et dare tura foci,
Atque rosas, et lilia, munera prima per aras,
Et quaecumque magis, Parthani sancta, velis.
Namque optata diu innubi lux splendet Olympo,
Quae mundo et nobis laetior usque redit;
Qua insuetum rident rutilantia limina Divum,
Atque novis crescent sidera luminibus,
Terraque mox vernalat, dulci et clamore resultat,
Dum geminant iras tartara luctisonas:
Aurea lux, missa e coelo qua, regia Virgo,
Splendidior gemmis, candidiorque nive,
Aligerum comitata choris, pulcherrima rerum,
Quo nil prompsit opus maius in orbe Deus,
Fœcundæ matris castos illaberis artus,
Unaque maternæ nescia labis ades.
Criminis ipsa ultrix infernum comprimis anguem,
Illidens niveo colla superba pede:
Scilicet e clara Davidis stirpe Virago,
Annae felici vix modo lapsa sinu,
Iam galea parmaque micans, insignis et hasta,
Innumerous praestas fortior una duces,
Maioresque minans clades et funera, bello
Terrificas Erebi diruis una manus,
Ut gentem ipsa tuam longa iam compede solvas,
Et probra et casus et fera damna leves;
Imperioque potita tuo das iura per orbem,
Provida lessaeum nomen in astra ferens.

Fer pacem heu! bello vexatis usque cruento,
 Hispanosque tuo numine, Virgo, tegens,
 His praebe et lucem, pietas si plurima dulci
 Hos tua praeципue fovit et auxit ope.
 Ingens usque tuum colimus, Virgo inclita, nomen,
 Cum sit in hoc semper nomine certa salus.
 Late hoc dulce sonat, cunctis et diditur oris,
 In multa hoc populi vota precesque vocant:
 Tu maria, et terras, atque aethera nomine compleas,
 Sanctum cuncta iterant nomen ubique tuum.
 Omnia iam rident, campi, freta, sidera, caelum,
 Et Divi atque homines gaudia concelebrant.
 En viden', Hispani peregrinum et vulgus ad aras
 Praeclara ut iungant foedera caelitibus?
 Utque tuum precibusque colant et carmine sacro
 Festum, ac ex adytis omina laeta ferant?
 O qui delecti proceres! quae pulcra iuventus!
 Interque haec quales agmina sancta duces!
 Quot tibi promeriti, Virgo, redduntur honores!
 Quotque tibi passim ditia dona nitent!
 Quin micat et templum, pulcris sublime columnis
 Ac nitido, exsuperans qui ferit astra, tholo:
 Ipsa novo hoc penitus cernes exultare susurro,
 Gestire et cineres, quos fovet urna sinu.
 Templum iterum patet ut summi penetrale Tonantis,
 Omnia et hic laetis sunt operata sacris,
 Inter, ubi, cultusque pios, ritusque decoros,
 Grata te celebrans voce, iubente Deo,
 Laetitiae ardet tua gens, ubi grandior ara
 Emicat, heic figens oscula liminibus;
 Circumit obtutu haerens longo, notaque secum
 Inque vices memorans itque reditque loca.
 Excipe quos tollit plausus pia turba tuorum,
 Et quae vota tuos duplicat ante pedes.
 Huc blandos, huc verte tuos pulcherrima ocellos,
 Iris et optatae nuncia pacis eris.
 O properes cunctas risu componere terras,
 Namque una, haud ulla labe notata, potes.
 Ast haec Catholico quae guadet nomine tellus,
 O vigeat donis, auspiciisque tuis.
 Spem capit, ingentes subigitque Hispania turrens,
 Tuque decus cunctis maius habes domibus.
 Latius heic regnas, tecum sceptroque potenti
 Imperat populis candida Relligio.

DAVID FARABULINI

Antistes domus Pontificalis
 Canonicus Lateran.

3. *VITFRIDUS COMES CATALAUNIAE LIBERTATIS AUCTOR DEIPARAE
OPE RIVI-POLLENSIS NOMINE. HEXAMETRI.*

Iam demum fluxit saeculum, volventibus astris,
Cum primum cinctus Vitfridus tempora sertis
Disiecit gentes Arabum, fregitque superbas
Ducis opes, qui Celtiberos non iure regebat.
Eheu tunc quantus luctus moerorque tenebat
Hispanos! qui dolor! quot quantique labores!
Passim incedebat spretor spretusque tyrannus
Funera funeribus cumulans, cum luce refulsit
In somnis Rivi Virgo Pollensis ad antrum.
Iamdudum Hispana Aethiopum vi colla premuntur,
Multas per hos homines iam tot sum passa per annos;
Eia age, festina, fili, nunc arripe ferrum,
Tempus adest, Vitfride, tuas nunc collige vires,
Hostem neve time, sed contra audentior ito;
Namque potis non est te ipsum contendere contra.
Inquit et illico Vitfridi sese eripit oris.
Assurgit Princeps meditans per somnia visa
Et subito gressum tacitus direxit ad antrum,
Alma Dei genitrix, orat, sanctissima Virgo
Praesidium Hesperiae, propius res aspice nostras;
O sola infandos nostrum miserata labores
Non ignara mali, miseris succurrere posco:
Non opis est nostrae tantam depellere pestem,
Iniice tu spem, da robur, da pectora firma.
Dixit et in regnum murmur velut agmine facto
Late panditur, una iris arsere subactae
Celtiberum gentes, orta est discordia saeva.
Tum vero celeres concurrunt undique telis
Indomiti agricolae, artificesque domique potentes,
Qui prope divino conclamant flamme ducem
Vitfridum belli: pugnatur cominus armis:
Spicula contorquent hinc inde ictuque lassessunt,
Quum provectus equo per mille pericula vitor
Vitfridus: Socii revocate animos, ait, hostis
Terga fugae vertit, nos Virgo tuerit.
Quot clades passim! Qua tardis flexibus errat
Freseris et leni qua Terdis perluit amne
Victore advolitant signo Catalauni viri.
Te Dominam, Auctricem libertatisque salutant
Celtiberi, Virgo, Rivi-Pollensis ad aras
Conlato Hispanos inter mox aere refectas
Ob libertatem partam, partamque salutem
Orantes veniunt: Catalaunos aspice Virgo.

HENRICUS LAMBIASI.

4. *SIT IN AETERNUM. AMORIS. PIGNUS. HUMILIBUS. AC. DEMISSIS.
SED. FERVORE. PLENIS. HOC. NUMERIS. CONCINNUM. CARMEN.
PERAMANTI. ET. EX. TOTO. CORDE. PERAMANDAE. VIRGINI.
MARIAE. DEI. GENITRICI. QUAE. RUTILA. RIVIPULLENSIS. GEMMA.
OPTIMUM. GOTHOLAUNIAE. DECUS. CLARA. ITIDEM. IBERIAE.
GLORIA. ET. LAUS. IURE. MERITO, PRAEDICATUR.*

*Supra modum Mater mirabilis
et bonorum memoria digna.
(2 MAC. VII, 20)*

Nolo chordarum melos, o Maria,
Quas movet solers Helicone Phoebus:
Impiae prolis manibus recordor
Esse sacratas.

Tu sonos plectri memorantis audi
Dona, quae pectus tenet usquequaque;
Sume venalem neque margaritis
Cordis amorem.

I

*Ecce ego mittam in fundamentis Sion
lapidem pretiosum.* (ISAIAE, c. XXVIII, 16).

Dandus, et quidni? veneranda Virgo,
Est amor semper tibi singularis,
Et decet crebras siquidem referre
Carmine grates.

Sic, tibi cantu placet obviare,
Cum Teri dulces sonitus fluenti
Te domo illustri recreant nitentem
Lumine dio.

Quando Fraseris philomela ripis
Assidens cantat numeros Mariae,
Quae inter heroas solium locaris;
Concino quando

Nomen auditur quod in aevis eterna
Secla sublimis memorabo coelo
Atque mortalis redamo coloque
Genua recurvans.

¡Nomen augustum mihi Rivipulli,
Laus avitorum peritura nunquam!
Gymnici robur patriae, ministri
Fama Tonantis.

In meae quondam patriae penates
 Irruit nequam mahometus armis,
 Atque confidit larium sacratas
 Perdere flamas.

Sancta suscepit fatuus cachinno,
 Corporum sprevit validum vigorem;
 Corda deflecti calami instar amens
 Posse revolvit.

Mente cornutus raperis!... fatigat
 Sitis heroum cor, et haec, cruaris;
 Inicis labem petulanter aris?...
 Sanguine lustra.

Corda senserunt veteres salire,
 Cum, Dei afflanti Genitrice, fati:
 Pro focus, fratres, resonent et aris
 Classica belli.

Acer in bellum ruit et triumpho
 Gestit invictus populus Wifredi:
 en manu pugnat, Mariae favorem
 Corde precando.

Mille decertant, totidemque lauri
 Frondibus cincti referunt trophyea,
 Signa panduntur decorata nostrae
 Nomine Matri.

Qualis in saevo pelagi fragore
 Navitae tristis minitante fluctu
 Pectus exultat simul ac rudenti
 Cymba tenetur,

Nec tacet gratus meritas verendo
 Numini laudes, precitusque multis
 Obsecrat supplex, uti sit benignum
 Numen ubique;

Sic tuo, Mater, genitis amore
 Martiis signis cumulatur ara,
 Quae rosis texit zephyritis, aër
 Rorifer afflat.

Serta Wifredi rubicunda fulgent,
 Splendet ac donum Rhodano perempti,
 Et tuas pignus comitum, Maria,
 Expolit aedes,

Thure pacali simul et fragranti
 Semper halantes ope virginali,
 Qua nec in coelis, Domino volente,
 Fortior exstat.

Tu manum gaudes glomerare, Mater,
 Fronte quae gestans diadema Christi,
 Excitet verae pietatis alnum
 Cordibus ignem.

Bellicum sanctis populum ministris
 Virgo distinguis!... clypeata languet
 Turma, ni dius praeeat sacerdos
 Foederis auspex.

Ecce Mystarum series iberis
 Magna coelorum bona praedicantum!
 Coetus abbatum pius, angularis
 Petra quietis!

Eminet sanctus sapiensque Oliva,
 Dignus Ausonae Pater atque Pastor,
 Auctor insignis decoris stupendi
 Virginis aulae.

Recreat pectus, rapit ad superna
 Fulgor acceptus mihi Rivipulli:
 Gratiori vestro citharista promo
 Carmine sensus.

Audin', o Virgo, citharae sonantes
 Dulciter chordas?... cor amans canoras
 Dans tibi voces?... melos aura defert
 Nunc tibi cantus.

Si mei cordis legeres libellum!...
 Paginis sensus caperes, Maria,
 Quos modo nescit cithara indicare,
 Hos bene nosti.

II

*Altaria tua destruxerunt, prophetas
 tuos occiderunt gladio.*
 (3 REG. XIX, 10).

Carmen effudi modo quod Mariae
 Pectori arridet... mihi concinenti
 Virgo subrisit... germinat sed ignes
 Atra procella.

Carmen effundant Stygiae sorores
 Vocibus suetae querulis adesse:
 Sanguinis fervens crepitat voluptas,
 Intumet ira.

Murmur et stridens reboat procellae,
 Quod decus nobis genuere patres,
 Prorsus exosae, rapientis alnum
 Pectore nomen;

Nomen in mentem revocans vetustae
 Gloriea (haud certe merita moveri!...)
 Nobili lauros patria paratas
 ¡Quae perierte!!!...

Nomen ingratum mihi Rivipulli,
 Cui, quasi vates Solimae, parento!
 Caede verrentis monumenta patrum
 Fama catervae!...

Impudens plane manus ¡hei! vaforum,
 Tartari tanquam furiale monstrum,
 Hanc tuam, Mater, sceleravit aulam
 Tempore nostro.

Quae domo sancta (pudet hoc profari!)
 Quae tibi multa accumulare saecla,
 Sicut aestivam paleam nefanda
 Pinus adusit.

Limini sacro, Domini sacello,
 Quo tuas laudes licuit referre,
 Dederus venit, nota barbarorum
 Gentis iberae!!!...

Ara succumbit veneranda clavae,
 Sacra labuntur labefacta ferro,
 Et placens cordi temeratur icon
 Mente solutis.

Regiae coeli vehemens cupidus,
 Qua cor in terra laqueos resolvit,
 Vel fuit multis operata probris
 Atque repulsa.

Falce mors sanctos truculenta stravit,
 In pio claustro niveas columbas,
 Hostias Christo placidas, rubenti
 Sanguine tinctas.

Fussa mactantis monachus facessit,
Flamma quem Christi diurna volvit;
Morte coelorum spatium lucratur
Inclytus heros.

Concidit martyr pius in sepulcrum...
At rapit famam cito crypta prudens:
Noluit sanctum dare conterendum
Faucibus orci.

Noluit famam proavis creatam,
Sanguinem qui acres Domino dederunt,
Filiis tradi meritis novercam,
Matre remota.

Ah!... rubet vultus!... nequeo fateri!...
Quod nefas atrox homo belluatus
Fecit haud unquam, gotholaunus egit!!!...
Parce, Maria.

Parce delicto populantis ossa
Gentis heroae reverenda semper;
Parce, o Mater, comitis cadaver
Igne cremanti.

Impius sputo cineres sacravit,
Calce gestivit violare christos:
Parce: nescivit quid agebat ille,
Mater amanda.

Quippe nescivit quid agebat, almam
Cum tui, Mater, minuit figuram,
Artis excelsum patriaeque honorem,
Parce, reposco.

Dispicet sertum geniale fingi,
Murmure arguto chelys exilire;
Praestat aerumnas modo condolere
Voce gementis.

Praestat ingratis lacrymis vacare
Et queri sedis Mariae ruinam;
Praestat extemplo citharam refringi...
Atque silere...

III

Restitues haereditatem meam mihi.
(PS. XV, 5)

Sed redit sudum... rutilatque horizon
Corda mulcenti radio gementum...
Eugepae! nobis iterum refulget
 Sidus honoris.

Et meum pectus recreatur ample,
Cum decus priscum licet intueri,
Lumen et faustum patriae, perenni
 Nobile cultu.

Lumen excelsae radiis Mariae
Emicans, qui nos valide serenant,
Lumen extollens monumenta nostrae
 Matris amoris.

Eu, catalaunis decus atque splendor,
Gloria hispanis venit ob favores,
Qui nec a parcis adimi valebunt
 Nec vice saecli.

Vidimus, Mater, refici ruinas:
Clastra, delubrum, populique nomen;
Suntque praesenti pietate pulsa
 Crimina nostrum.

Infula Praesul redimitus alma,
Virgine afflanti, miseranda flocci
Pendit, ut miro sobolem Wifredi
 Munere donet.

Virgo, me gratis fidibus canentem
Inclyto Mystae modulamen audi:
Semper effulgens diadema fiat
 Huic, pari Olivae.

Altus et sermo celebrabit artis,
Pectus in cursus canet aeviternos,
Patriae quae nunc tribuit libenter
 Mysta Vicensis.

Da lyrae cantus iterum, Maria,
Ut pahomphaeus Leo predicatus
Laudibus dignis decoretur ore
 Christiferorum.

Est Leo nostras animo volenti;
 Fulget in templo specimen musivum,
 Quod vel excusum ¡equidem! manebit
 Pectore nostro.

Munere ac verbo benedicit ille
 Hanc Domum, fontem patrii decoris.
 ¡Virgini tanta pietate vovit
 Se Leo noster!

Numquid, o Mater, poteram silere?...
 Dum maris littus repeatant fluenta,
 Solis et currus repleat diurno
 Lumine terram.

Ac arenosas vereatur oras
 Saxa Neptunus quatiendo, dumque
 Sanguine hoc corpus vegetetur atque
 Flamine vita;

Me tuum nomen cithara canentem
 Audiet coeli chorus, o Maria,
 Pervigil Mater gotholaunicorum,
 Splendor iberus.

THOMAS VIÑAS A SCTO. ALOYSIO,
 Schol. Piarum Balagariensium³.

3. Al lligall 1015-A de l'Arxiu Episcopal de Vic es conserven dues cartes d'aquest autor, adreçades al Rnd. Lluís G. Roca. La primera, datada a Palma de Mallorca», el 25 de setembre de 1894, diu: «Muy Sr. mío de toda mi consideración: Destinado por la Obediencia a este Colegio de Palma en Agosto último desde Balaguer, no me ha sido posible saber, por falta de correspondencia periodística, si ha salido a luz la “Corona poética a Ntra. Sra. de Ripoll”, que según me indicó el Custos del Monasterio Ripollense se estaba imprimiendo a mediados del mes próximo pasado. / Me ha parecido que a nadie mejor que a V. podía dirigirme para saberlo, en la seguridad de que verá con amistosa indulgencia mi importunidad, y en ella echará de ver además el deseo que anima de servirle a V. en cuanto guste a este su afmo. S.S. Q.B.S.M. / Tomás Viñas, Escolapio». La segona, datada a Balaguer el 29 de juny de 1894, diu: «Muy Sr. mío y de mi mayor aprecio: Ayer leí en el Diario de Barcelona el resultado de la Corona poética a Ntra. Sra. Sta. María de Ripoll, halagüeño a mi corazón, ya que en ella puede figurar mi poesía latina cuyo lema es: *Supra modum Mater mirabilis, et bonorum memoria digna*. Por ello doy gracias mil a mi buena Madre, la V. María en primer lugar, y en segundo a los dignos Sres. Jurados. / Por más que cuando mandé la poesía, adjunté un carpete cerrado con mi nombre, no obstante creo conveniente escribirle con el fin de suplicarle un favor y es que se digne cambiar el 2º verso de la última estrofa del primer canto, que dice: *Cerner sensus paginis, Maria*, y sustituirle por este: *Paginis sensus caperes, Maria*. La sílaba *pa* de *pagini*s es largo, y lo usé en el primer verso como breve. Favor que le agradezco mucho desde ahora. / Disponga V. de este su afmo. y S.S. Q.B.S.M. / Tomás Viñas, Pbro. Escolapio».

5. AD RESTAURATUM SANCTAE MARIAE COENOBITICUM CATALAUNI-CUM TEMPLUM VILLAE RIPOLLENSI SITUM. EPIGRAMMA.

*Et radicavi in populo honorificato,
et in parte Dei mei haereditas illius.
(ECCLI. CAP. 24, v. 16).*

Magnificum nuper cernis, Catalaunia Templum,
Quod pietas, spes, ars incoluere simul.
Qua residet strum (*sic*), villam memorare valentem
Optas, gesta legens, veraque fata tua.
¡Excelsae Matris, populus catalaunicus ultro
Te recolit supplex, Alma Sacrata Domus!
Qui requiescunt, virtutum imitator eorum,
Hic Comitum servat digna sepulcra Patrum,
¡Sic solitas repeatat laudes Benedictinus Ordo!
Ut res cumque cadunt, laude repletur opus;
Cuius diu monimenta benignus iecit Oliva,
Morgades reficit, munere Roma notat.
Compositum Ripense tuum Catalaunia, fanum,
Quod fleres demptum, nunc in honore tene.

Septembri 1893⁴

6. AD SANCTAM MARIAM RIVIS-POLLENTIS. ODE.

*Haec olim meminisse iuvabit.
(Virg.)*

Iam Rivis-pollens resonat virorum
Plausibus laetis, strepitum superbi
Hauriunt montes, modulusque reddit
Vocis imago.

Et ferit clamor superas Olympi
Lucidas sedas, animasque sanctas
Mulcit heroum, sacra qui nitere
Tecta videbant.

Surgit, ut thuris redolens favilla,
Cantus humanus superis adactus,
Orbis exultat, fremit inferorum
Turba rebellis.

Virginis Matris populi frequentant
Pristinas aedes, adeunt ab altis
Sedibus larsi procerum carentes
Corpore manes.

4. Per més que a les galerares del volum no hi ha cap altra indicació, una carta al Rnd. Lluís G. Roca aclareix qui n'és l'autor: «Montclar, 10 julio de 1874. / Muy Sr. mío y de toda mi consideración: La composición señalada con el nº 15, cuyo Lema, “*Et radicavi in populo honorificato &c.*” es de este S.S. Q.B.S.M. / Urbicio Gamisans y Serra, Cura Párroco de Montclar, diócesis de Solsona».

Inclyti heroes stupere visu
Ante sacratam speciem Mariae;
Clamor inceptus spiritus eorum
Fallit hiantes.

Nobiles coetus, humilesque plebes,
Quam Dei Matris dederat figuram
Pontifex Magnus, venerantur omnes
Corde flagranti;

Quae lares quondam pia texit umbra
Ac potens hostes penitus fugavit,
Nostra nunc tecta ac veneranda iura
Sponte tuetur.

Vigor ardescit, pietasque avorum
Ac amor dulcis patriae refloret
Fortibus fortis simul atque rectis
Usque creantur.

Ambiunt circum populum duorum
Amnum lapsu tacito fluenta;
Numina ipsorum residere fundo
Osa ruinas.

Audiens amnis fremitus ovantum,
Extulit frontem placidam per undas,
Et videns pompam, graviter pavescens
Sic ait ore:

Quo petunt gentes? ubinam plagarum
Adsumus vere? veteres ruinae,
Quas dolens vidi prius, oh! recenti
Luce resurgent?

Flebiles illae fuerant nefandi
Criminis testes, inimica coelo
Dextra subvertit monumenta prisca
Gloriam avorum.

Artium vero lachrymante amico,
Venis e coelis pius ad medendum
Patriae vulnus, maculamque saecli
Praesul amandus.

Vester oh! vester, Pater orbis auctor,
Pontifex praestans opus hoc peregit,
Cuius aggressum super astra tollent
Saecla futura.

Corruent urbes, solia auferentur,
Gesta victorum peritura abibunt,
Cuncta transibunt, pigra saecla vincet
Gloria tanta.

Vester oh! Virgo, solium refecit,
 Quod patres nostri tibi sustulerunt;
 Te, genu flexo, celebrant fideles,
 Grataque poscunt.

Audit hoc alter fluvius relabens
 Trans agros, magno pavitans stupore;
 Plebis applausus repetit libenter,
 Talia clamans:

Eia, vos cives, iterum resurgit
 Pristinum templum, Dominamque celsam,
 Quae tenet sceptrum pietate gemmans,
 Plaudite laeti.

Non rei testes referemus orbi
 Temporis nostri celebrem triumphum,
 Cunctus ut vivens memor extet usque
 Huius honoris.

Ambo tunc fratres placidi feruntur,
 Obviam rauci sibi prodeuntes,
 Iamque in amplexu rapidus fluebat
 Cursus aquarum.

Oppida invisunt sita multa in oris,
 Unde gens mirans properata surgit
 Nosse res altas, decus ac Mariae
 Tollere votis.

Inde festine pelagi in liquentes
 Advolant undas: Boreas et Eurus
 Colligunt plausus, sonitusque crebros
 Trans mare pellunt.

Quas repercuttis Zephyrus camoenas
 Indicae gentes recinunt facete:
 Praesulisi laudes meritae manebunt
 Semper et ultra.

Sacerdos JOSEPH CASTELLS ET ARBÓS.

7. PURISSIMAE AC BEATISSIMAE VIRGINI, SANCTAE MARIAE DE RIPOLL.

...Os meum annuntiavit laudem tuam.

Immaculata Parens, Spes oh fidissima nostra,
 Oh Splendor Libani et Rosa qua fragantior ulla
 Floriconis non in pratis Jericunctis amoenis
 Nec Diapasma fuit nec odoratissima Nardus.
 Hos natos submissos amplexare benigne
 Qui auxilio nudi poscunt tua numina proni,

Qui victi tanta pietate canentque colentque
Te, nostram dulcem Matrem, gratanter in omni.

Hodie VI Id. Septbris. an. a nat. Dom. MDCCCXCIII.
JOSEPH CASAS ET REIG⁵.

La composició en grec, de P. de Angelis, duia el títol de *IAMBI*, i deia:

Iambi

Εὶ λαμπρὸν ἐν γῇ τοῦ θεοῦ ζητεῖς θρόνον
Ίδων τὸν οἶκον θαύμασον τῆς παρθένου·
Αὐτή γὰρ ἡ φέρουσα θεόν ἐν ἀγκάλαις,
Φέρει τὸν αυτόν εἰς τὸ τοῦ τόπου σέβας.
Ἐνταῦθα τῆς γῆς οἱ κρατεῖν τεταγμένοι
Τὰ σκῆπτρα πιστεύουσι τῆς νίκης ἔχειν·
Ἐνταυθα πολλὰς κοσμικάς περιστάσεις
Ο ποιμὴν ἔρος ἀγρυπνίον ἀνατρέπει·
Ἀνδρες δ' ἄδικοι κακὰ μηδόμενοι πόλει
Αὐτὴν στρατηγίσασαν ὡς εἶδον μόνην
Ἐκαμψαν εὐθὺς τοὺς ἀνόσιους αὐχένας·
Οὐτῶς προσάρκει τέκνοις ἡ θεοτόκος,
Ἄλκη θεόφρων ἐξ ἴδρυμένου νάου.

P. de Angelis

5. Tot el que sabem d'aquest personatge és el que figura en una targeta que es troba al llibre 1015-A de l'Arxiu Episcopal de Vic: «Profesor en Medicina y Cirugía. Recibe de 1 a 3. Manlleu».